

Beiblatt zu den Botanischen Jahrbüchern.

Nr. 67.

Band XXX.

Ausgegeben am 12. März 1901.

Heft 1.

Bromeliaceae et Lauraceae novae vel adhuc non satis cognitae.

Auctore

Carl Mez.

I. Bromeliaceae.

Bromelia Glaziovii Mez n. sp.; foliis super vaginam haud angustatis; inflorescentia contracte paniculata percompacte subcorymbosa, caule brevi per anthesin super foliorum rosulam elata; bracteolis florigeris quam ovaria multo longioribus sepala aequantibus vel paullo superantibus, late elliptico-linearibus, apice rotundatis, carinatis; petalis glabris; ovario tomento denso, pallido vel albo, lanuginoso obtecto.

Rosulae folia basi in vaginam brevem, triangularem, infime praesertim dorso lepidibus magnis palaeaceis brunneis obtectam, margine imprimis ad apicem laciniōse serratam vel serrato-spinosam dilatata, perrigida, a basi ad apicem validissime pungentem persensim angustata margine spinis retro nec! sursum uncinatis, usque ad 3 mm longis, brunnis horrida, recurvata et sicca longitudinaliter complicata, ad 300 mm longa, medio vix ultra 42 mm lata, adulta utrinque glabrata vel subtus membrana tenui pallida e lepidibus formata obtecta; folia suprema ad inflorescentiae basin posita e vagina maxima, purpureo-rosea (ex cl. GLAZIOL!), inflata, dorso dense albo-lepidota fere tomentella, margine praesertim ad apicem serratim spinosa in laminas parvas sed normales, recurvatas vel ex suberecto apice deflexas producta. Inflorescentia e ramulis perabbreviatis, vix ultra 3-floris composita, ad 40 mm longa et 30 mm diam. metiens. *Brassicaceae* capiti haud dissimilis; axibus dense albido-tomentellis; bracteis primariis e foliorum descriptorum vaginis dilatatis formatis, dorso albo-tomentellis; bracteolis florigeris sepalis similibus sed majoribus (\pm 30 mm longis), pallidis, dorso tomentellis, margine serrulatis. Flores ut videtur bracteolas haud superantes ad 30 mm longi, brevissime pedicellati; sepalis pallidis, dorso adpresso albo-tomentellis, nullo modo reflexis, ad 20 mm longis. Petala coeruleo-rosea (ex cl. GLAZIOL!), vix aperta, sepalis minute tantum superantia, lingulato-linearia, apice rotundata, carnosa, 5–6 mm a basi coalita. Stamina petalis bene breviora; antheris 8 mm longis, non nisi corrosis cognitis. Ovarium anguste cylindricum basin versus paullo attenuatum subclavatum, perobtuse triangulare, albo-tomentosum. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Goyaz, Campos do Rio Gama: GLAZIOL n. 22189.
Floret Octobri, Novembri. (V. s. in herb. Berol., Mez.)

Obs. Cum sequentibus *Br. Serrae* Griseb. affinis, quam nunc speciebus his novis cognitis e *Karatas* subgenere ad *Eubromeliam* removendam censeo. Spinis omnibus

retro hamatis haec species et peraffinis sequens *Br. reversacanthae* quoque valde approximatur, quae tamen caule multo altiore, inflorescentia laxiore, ramis inflorescentiae perabbreviatis flores multo plures procreantibus, florum dimensione minore satis longe differt.

Bromelia Goyazensis Mez n. sp.; foliis super vaginam haud angustatis; inflorescentia contracte panniculata percompacte subcorymbosa, super foliorum rosulam haud vel vix elata; bracteolis florigeris quam ovaria multo longioribus sepala fere aequantibus, late ellipticis, apice rotundatis, concavis nec carinatis; petalis glabris; ovario tomento denso adpressoque brunneo-allutaceo obtecto.

Rosulae folia ignota. Scapus brevissimus nec e foliorum centro emergens, foliolum vaginis pallide roscois (ex cl. GLAZIOT!), late ellipticis, inflato-concavis, intus fere glabris dorso praesertim ad basin marginesque palaeaceo-tomentosis, prope apicem dentibus magnis patentibus spinulosis praeditis, in laminas magnas, usque ad apicem valide pungentem persens angustatas, perrigidas, supra glabras subtus sub lente dense lepidotas, spinulis fere atris irregulariter et saepius intermixte et apicem versus et retro hamatis, usque ad 3 mm longis armatas, summis ut videtur *Br. Serrae* ritu reflexas productis. Inflorescentia e ramulis perabbreviatis, paucifloris composita, capitato-subcorymbosa, ad 60 mm longa; axibus tomento denso palaeaceo, pallido obtectis; bracteolis florigeris pallidis, dorso minute tantum tomentellis, margine praesertim apicem versus minutissime serrulatis. Flores e bracteis emergentes, ad 45 mm longi, brevissime obscureque pedicellati; sepalis pallidis, apicem rotundatum irregulariterque crispatum versus saltem glabratim, late ellipticis, paullo carinatis, ± 30 mm longis. Petala coerulecentia (ex cl. GLAZIOT!), vix aperta, sepalis ± 6 mm longiora, lingulato-linearia, apice rotundata, carnosa, medium usque coalita. Stamina petalis bene breviora, antheris linearibus, 7–8 mm longis, ut videtur apice obtusis, pro maxima parte enim stigmatibus ab insectis corrosis. Ovarium optime triangulare, sublineare, apice haud vel vix constrictum. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Goyaz, ad Morro do Frota prope Meia Ponte, terrestris: GLAZIOT n. 22490. — Floret Augusto, Septembri. (V. s. in herb. Berol., Mez.)

Bromelia exigua Mez n. sp.; foliis super vaginam haud angustatis; inflorescentia percontracta capitiformi-globosa in foliorum centro nidulante sessilique; bracteolis florigeris sepala aequantibus, ex unguibus perlóngis angustisque linearibus subito in laminas ellipticas dilatatis, apice rotundatis, concavis nec carinatis; petalis non nisi imperfectis cognitis glabris; ovario dense albo-tomentoso.

Rosulae folia basi in vaginas maximas, suborbicularares, crasse amylo repletas, dense imbricatas bulbum epigaeum perconspicuum formantes, prope apicem praesertim dorso squamu magno palaeacei brunnis obtectas ceterum glabras nitidasque subito dilatata, peranguste linearia, quam maxime recurva et longitudinaliter complicata, perrigida, apice pungentia, margine spinis infinitis patentibus vel retro hamatis superioribus omnibus sursum uncinatis, maximi usque ad 4 mm longis horrida, ± 200 mm longa, medio ad 8 mm lata, adulta utrinque glabra. Scapus deest. Inflorescentia perabbreviata, subglobosa, paniculata; bractea primaria marginé quam maxime patenti-serratis, apicem versus praesertim dorso albo-tomentellis ceterum glabris, e basi linearis sursum sensim dilatata, infinitim in laminas parvas deinentibus superioribus apice pungentibus; bracteola florigeris roseo-viridibus (ex cl. GLAZIOT!), dorso minute tantum tomentellis, margine

ad laminam dilatataam optime serrulatis. Flores albi (ex cl. GLAZIOT!) mihi non nisi imperfecti cogniti, ut videtur e bracteis vix emergentes, obscure pedicellati; sepalis pallidis, dorso dense albido-tomentellis, ad 12 mm longis, valde carinatis, explanatis ellipticis, apice rotundatis et cucullatis. Petala cum genitalibus inclusis non vidi. Ovarium stipitiforme sensimque in pedicellum obscurum transiens, vix angulatum, apice haud constrictum. Fructus ignotus.

Brasiliae prov. Goyaz, ad Capelinha da Sto. Antonio, campicola et terrestris: GLAZIOT n. 22192. — Floret Octobri. (V. s. in herb. Berol., Mez.)

Bromelia villosa Mez n. sp.; foliis super vaginam haud angustatis; inflorescentia percontracta capitato-corymbosa in foliorum centro nidulante sessiliique; bracteolis florigeris sepala aequantibus, spathulato-linearibus, apice rotundatis, concavis nec carinatis, densissime cum floribus albo-villosis; petalis ut videtur quam sepala paullo tantum longioribus, vix non glabris; ovario densissime viloso.

Rosulae folia basi in vaginas maximas elongatasque subellipticas, arcte imbricatas bulbum epigaeum formantes, densissime inferne squamis maximis palaeaceis brunneis superne et dorso et intus villo crasso detergibili candido obtectas dilatata, persensim e basi in apicem validissime pungentem angustata, quam maxime recurvata, longitudinale complicata, perrigida, margine spinis flavis infimis patentibus sequentibus retrosummis saltem optime sursum uncinatis horrida, ± 450 mm longa, medio ad 20 mm lata, adulta quoque dense lepidibus parvis albidis obtecta cinerea. Scapus deest. Inflorescentia subpauciflora, perabbreviata; bracteis primariis i. e. cyathidii involucris a foliis rosulae haud diversis; bracteolis florigeris sicut flores villo e squamis palaeaceis contexto percrasso obtectis candidis, integrerrimis vel non nisi apice paullo serrulatis. Flores albi (ex cl. GLAZIOT!), e bracteis emergentes, non nisi permanci et ab insectis corrossi cogniti, pedicellis e gracilioribus persensim in ovaria transeuntibus stipitati; sepalis pallidis, apice sicut petala et genitalia interiora confractis tantum mihi ante oculos nec in statu accuratus describendis. Fructus ignotus.

Brasiliae eivit. Goyaz, inter Sitio do Baracão et Areias, campicola terrestrisque: GLAZIOT n. 22191. — Floret Septembri. (V. s. in herb. Berol., Mez.)

Canistrum ingratum Mez n. sp.; inflorescentia specie simplice basi tantum ramulos paucos brevissimos, glabros, apice flores subumbellatos gerentes procreante, glabra; bracteis primariis (cyathidii involueri) maximis, elongate triangularibus, subereetis nec recurvis, spinis maximis horridis; bracteolis florigeris angustissime linearibus, longe acutis; floribus (petalis neglectis) 65—70 mm longis; sepalis glabris, liberis; petalis ignotis.

Folia vagina ignota optime linearia, apice acuta et in mucronem horridum producta, margine spinis maximis, badiis, sursum spectantibus armata, metralia vel ultra, vix ultra 40 mm lata, lacte viridia, perrigida. Inflorescentia in scapi brevissimi percrassaque, glabri apice vix non foliorum rosulae centro profunde immersa sessili-nidulans, foliolorum splendide rubrorum (ex cl. Magellæns), fere 0,2 m longorum, glabrorum, persensim in apicem horride pungentem angustatorum, spinis usque ad 5 mm longis, patentibus, atris armatorum coma maxima cineta, (coma computata) ± 0,3 m diam. metiens, ∞-flora, glabra; bracteolis florigeris sepala aequantibus. Sepala ex seco brunnea, rigidiuscula, glaberrima. ± 38 mm longa, carinata, e basi sensim in apicem per-

acutum subpungentemque angustata conspicue asymmetrica. Petala lutea, cet. ignota. Ovarium glaberrimum, compressum, biangulatum, tubo epigyno nullo, ± 23 mm longum. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Minas Geraes in Serra da Conceicao (da Mantiqueira): de Magelhaes in herb. Comm. Geogr. et Geol. de Minas n. 1585. — Floret Julio. (Herb. Berol.)

Canistrum Schwackeanum Mez n. sp.; inflorescentia specie simplici basi tantum ramulos perpaucos brevissimos, glabros, apice flores nonnullos subumbellatos gerentes procreante, glabra; bracteis primariis (eyathidii involucri) perconspicuis, erectis nec recurvis, inflorescentiam obtegmentibus celantibusque, ex ovato triangularibus, spinis validiusculis armatis; bracteolis florigeris angustissime linearibus, longe acutis; floribus (petalis neglectis) 40 mm longis; sepalis glabris, liberis; petalis basin usque liberis sed alte cohaerentibus.

Folia basi in vaginam magnam, elongate ellipticam, lepidibus parvis adpressisque badiis punctulatam dilatata, super vaginam ± angustata ensiformia, apice inuncrone lato valide pungente imposito subrotundata, margine spinis patentibus, vix ultra 2 mm longis, badiis armata, semimetallica, 10 mm infra apicem ± 50 mm lata, laete viride coriacea. Inflorescentia alba, cyathidio adeo obtecta ut non nisi dissecta apparetur, formicis innumeris repleta (ex cl. SCHWACKE!), in scapi elegantissimi tenuisque, fere 0,5 m longi, omnino aphylli, glabri apice elata, foliorum viridium apice atro-violaceorum (ex cl. SCHWACKE!), usque ad 0,4 m longorum, apice in spinam validam desinentium acutorumque, margine spinulis patentibus, usque ad 4 mm longis praeditorum coma intime cincta, ± 70 mm diam. metiens, subpauciflora, glabra; bracteolis florigeris quam separa ± 7 mm brevioribus. Sepala pallide virentia vel alba, coriacea, glaberrima, ± 22 mm longa, prope basin minute tantum carinata, e basi in apicem siliiformi-peraculum sensim angustata, paullo asymmetrica. Petala alba, e sepalis paullo tantum emergentia, intima basi lignis binis parvis dorso cum petalis connatis, margine liberis, apice dentibus 4—2 magnis acentis praeditis aucta, cet. mihi ignota. Stamina omnino libera. Ovarium glabrum, triangulare, tubo epigyno nullo, ± 20 mm longum. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Minas Geraes, prope Ouro-Preto locis umbrosis ad rivulos: SCHWACKE n. 10558. — Floret Julio. (Herb. Mez.)

Portea Silveirae Mez n. sp.; foliis margine spinis magnis praeditis; inflorescentia dense pauciflora ramis inferioribus tantum bracteis ampli suffultis flores haud corymbosos gerentibus; rhachi ramulisque densissime lanuginosis; bracteolis florigeris minutis.

Folia haec in vaginas perconspicuas, ellipticas, utrinque lepidibus badiis, adpressisque densissime punctulatas dilatata, margine spinis rectis inferioribus patentibus superioribus curvum spectantibus, badiis dense horrida, sensim in apicem acutum et spina validissima brunnea armatum angustata, imperfecta solum cognita certe metralia vel ultra, ± 60 mm lata. Scapus pererassus, ceterum ignotus. Inflorescentia ∞-flora, tripinnatum amplissime pauciflora, densissima, subcylindrica sed apicem versus sensim acuta, in specimenme nostro 0,5 m longa, 0,4 m diametro metiens, ut videtur in vivo tota praepter florum epala petalaque indumento sordido, e lepidibus maximis furfuraceis formato densissime oblecta; bracteis primariis intinis late lanceolatis, in spinam pungitum desidentibus, integerrimi, ramulo avillares longe quidem superantibus sed

nullo modo obtegentibus; bracteis primariis superioribus valde diminutis anguste linearibus, his quoque ramulos axillares aequantibus; bracteolis florigeris minutis, filiformi-linearibus, quam florum pedicelli permulto brevioribus. Flores 40—45 mm longi, pedicellis gracilibus, ± 10 mm longis stipitati; sepalis ad 9 mm connatis, a basi usque ad spinulum apicalem conspicuam recurvo-patentem 13 mm longis sed latere dextro in alam maximam, spinula terminali iterum 7 mm altiore dilatatis. Petala rubra (ex collect.!) sepalis ± 20 mm longiora ceterum ob conservationem accuratius non describenda. Ovarium clavatum, 10 mm longum.

Brasiliae civit. Minas Geraës, in Serra da Conceição (da Mantiqueira) arboribus epiphyta: SILVEIRA in herb. Comm. Geogr. et Geol. de Minas n. 8. — Floret Julio. (Herb. Berol.)

Obs. A peraffini simillimaque *P. Petropolitana* inflorescentia compactiore induimentoque primo intuitu differt.

Dyckia horridula Mez n. sp.; foliis margine conspicue aciculoso-spinosis; vaginis scapalibus quam internodia multo brevioribus, integerrimis vel serrulatis; inflorescentia perlaxe subracemosa; bracteis e late ovato longe acutis, flores subaequantibus; floribus breviter nunc brevissime stipitatis; sepalis apice late acutiusculis; petalorum laminis stamina perlunge superantibus; filamentis ultra tubum petaleo-stamineum usque ad apicem tubulose connatis; stylis 3 brevissimis, capitulatum conglutinatis.

Florifera infra 0,4 m alta; rhizomate erecto brevi, percrasso, amylo repleto, foliorum delapsorum cicatricibus rudimentisque dense transverse striatim induito. Folia ad 0,15 m longa, subtus juniora sub lente lepidoto-puberula adultiora fere omnino glabrata, supra glabra, spinulis usque ad 2 mm longis, tenuissimis optime aciculiformibus, rectis, patentibus vel suberectis, brunnescentibus dense horridula. Scapus glaber, simplicissimus, vaginis ex anguste ovato sensim longe pungenterque acutis praeditus. Inflorescentia perpauci-(3—5-)flora, folia triplo vel ultra superans, glabra; bracteis subpatentibus, integerrimis. Flores suberecti, pedicellis primum brevissimis tunc paullo auctis usque ad 2,5 mm longis stipitati, vix ultra 7 mm longi, lutei (ex cl. GLAZIOT!); sepalis ovato-triangularibus, apice acutiusculis, ± 6 mm longis. Petala sepalis paullo tantum (1 mm) longiora, nullo modo ungulata ita ut lamina distincta vix appareat, satis concava, elliptica, acutiuscula. Stamina petalis permulto (duplo v. paullo ultra) breviora; antheris brevissimis (1,75 mm) linearibus, apice subrotundatis, vix recurvis. Ovulorum ala lateralis maxima, vexilliformi-falcata.

Brasiliae civit. Goyaz, ad Rio Descoberto, prope Capelinha, terrestris campicola: GLAZIOT n. 22494. — Floret Octobri. (Herb. Berol., Mez.)

Obs. Species persingularis, ex habitu characteribusque generalibus certissime *Dyckia*, sed petalis exungulatis a generis formis reliquis mox distinguenda.

Dyckia eminens Mez n. sp.; foliis margine conspicue spinosis; vaginis scapalibus internodia superantibus vel summis aequantibus, super basin amplexicauli-dilatatis, margine valde serrulatis; inflorescentia simplicissima laxe racemosa; bracteis sepala aequantibus e late ovato inferioribus acuminatis superioribus acutis; sepalis apice late rotundatis; petalorum lamina perconspicua stamina longe superante; filamentis ultra tubum petaleo-stamineum liberis; stylo brevissimo.

Florifera metralis vel paulo ultra. Folia ± 0,3 m longa, medio 20 mm lata, e basi in apicem horride pungentem sensim angustata, dorso tenuissime peradpresque

lepidota, spinulis distantibus \pm 4 mm longis, uncinatis, cornicis armata. Scapus validus, in vivo lepidoto-furfuraceus siccus \pm glabratus, vaginis super basin paullo angustiorem dilatatis hoc parte scapum involventibus tum in acumen longum apice pungens productis praeditus. Inflorescentia submultiflora, dense furfuracea; bracteis reflexis, dorso \pm furfuraceis, inferioribus ad 20 mm longis. Flores pedicellis per conspicuus sed infra 5 mm longis stipitati \pm 14 mm longi, patentes vel patenti-reflexi; sepalis late ellipticis, \pm 9 mm longis. Petalorum laminae suberectae, trapeziformes, carinatum complicitae, paullo undulatae. Antherae 3 mm longae, valde spiraliter revolutae. Ovulum alae satis asymmetricae.

Brasiliae civit. Goyaz, loco non indicato: GLAZIUS n. 22192^a.
(Herb. Mez.)

Lindmania Rusbyi Mez n. sp.; foliis basi spinulis paucis parvisque praeditis, apice perlonge filiformi-acutis nec pungentibus; vaginis scapalibus internodia perlonge superantibus, integerrimis; inflorescentia submultiflora, bi- vel tripinnatim panniculata, axibus glabris; floribus conspicue secunde versis; staminibus quam petala brevioribus.

Florifera semimetallica. Folia \pm 0,2 mm longa, ad 23 mm lata, linearia, apicem versus perlonge acuta et in acumen tenue longe filiforme desinentia, explanata vel decurvata, ut videtur dimorpha altera angustiora manifestius altera latiora obscure spinulosa, supra glabrata pallide viridia, subtus densissime lepidota alba, membranaceo-chartacea. Scapus gracilis, erectus, glaber, vaginis stricte erectis, omnibus in acumen perlongum optime filiforme desinentibus dense indutus. Inflorescentia laxa, \pm 0,3 m longa; ramis curvatum ascendentibus virgato-elongatis, tenuissimis, laxiuscula 8–15-floris; bracteolis florigeris late ovatis, acutis, minutissimis (supremis vix 4 mm longis), membranaceis. Flores bene nutantes, 3 mm longi; sepalis ovato-ellipticis, rotundatis, 1,5 mm longis. Petala sepalis duplo longiora, ut videtur virentia.

Boliviae prov. Jungas: RUSBY n. 2571. (V. s. a cl. Rusby communic.)

Obs. A peraffini *L. Weddelliana*, cui habitu bene congruit, imprimis foliis apice filiformibus nec pungentibus, floribus minoribus differt.

Hechtia myriantha Mez n. sp.; inflorescentia amplissima, densiuscula tripinnatim panniculata, ramulis elongatis cylindrice flores gerentibus; bracteolis sepala aequantibus vel iis paullo tantum brevioribus; pedicellis brevibus, vix ultra 1,5 mm longis; sepalis (explanatis) apice rotundatis, ferrugineo-lepidotis mox glabrescentibus; petalis infime tantum minutissime connatis, apice optime rotundatis; ovario (in flore ♀ sterili) glabro.

Folia semimetallica vel nitra, sinuatim spinis maximis, cornicis, sursum uncinatis horrida, adulta supra glabra subtus lineatim albida et prope basin in marginis sinibus loricis magna albis e lepidibus villosis formatis praedita. Scapus ignotus. Inflorescentia ex fragmentis mihi cognitis certe metralis vel ultra, brunnecenti-furfuracea; bracteolis florigeris \pm 5 mm longis, ex ovato optime acutis. Flores ♂ tantum cogniti ad 6 mm longi, sepalis 3,5 mm longis, squamiformi-ovatis. Petala subelliptica, valde convava, albida. Stylus ex ovario in floribus ♂ rudimentarius absque dubio adest.

Mexico, ad Barranca de S. Maria Tlatella prope Mirador: LIEBMANN.
(Herb. Haun.)

Hechtia Liebmanni Mez n. sp.; inflorescentia amplissima, laxe tripinnatim panniculata, ramulis elongatis, remote flores gerentibus; bracteolis mi-

nutis quam sepala permulto brevioribus; pedicellis conspicuis \pm 3 mm longis; sepalis apice acutiusculis; petalis omnino liberis, triangularibus, late acutis; ovario glabro.

Folia cum scapo ignota. Inflorescentia absque dubio maxima (plurimetralis), glabra; axi 20 mm diam. metente, in bractearum primariarum axillis ramiculis semper complures (suetu 3) collaterales, crassos, \pm complanatos, dissite flores gerentes, vix ultra 80 mm longos procreante, bracteolis florigeris pedicellis aequantibus, pellucido-membranaceis, anguste triangularibus. Flores ♀ tantum cogniti \pm 7 mm longi; sepalis 2,5 mm metentibus, quani petala stricte erecta subdupo brevioribus. Androeeci extant rudimenta filiformia. Ovarium maximum (petala longe superans), pyramidatum, stigmatis 3 sessilibus.

Mexico, in rupibus prope Chinantla, dept. Puebla: LIEBMANN. — Floret Julio. (Herb. Haun.)

Vriesea modesta Mez n. sp.; foliis apice acutis et manifeste sub-pungenti-mucronatis, haud pictis, ensiformibus; scapo stricte erecto vaginis internodia superantibus; inflorescentia simplicissima laxiuscule pinnatimque disticha pauciflora, folia aequante; bracteis optime carinatis, valde incurvis, luteis apicem versus rubentibus, haud punctulatis, inferioribus saltem quam sepala manifeste brevioribus; floribus stricte erectis; sepalis latis, explanatis apice rotundatis; ovulis cornutis.

Florifera ad 0,3 m vel paullo ultra alta. Folia e vagina ut videtur pallide violascente absque dubio laete viridia, \pm 0,3 m longa, 25 mm lata, super vaginam longe manifesteque angustata, glabriuscula. Scapus vaginis late ellipticis, ut videtur satis inflatus dense involutus. Inflorescentia \pm 120 mm longa, 30 mm lata, circuitu breviter linearis vel lanceolata rhachi valde geniculata a bracteis haud obiecta insignis; bracteis explanatis late ellipticis, acutis, a latere visis praesertim summis valde uncinatim incurvis, \pm 40 mm longis, 12 mm latis. Flores pedicellis brevibus quidem sed conspicuus crassis stipitati; sepalis \pm 34 mm longis. Petala cum genitalibus fructuque ignota.

Brasiliae civit. Minas Geraës, in Serra da Mantiqueira arboribus epiphyta: de Magelhaës n. 1020. — Floret Aprili. (Herb. Berol.)

Obs. Species optima, *Vr. psittacinae* ob inflorescentiam laxam comparanda, tamen speciebus inflorescentia flabellata praeditis, praesertim *Vr. incurvae* proxime accedit.

Vriesea Mülleri Mez n. sp.; foliis apice subrotundatis, haud maculatis, linearibus; vaginis scapalibus internodia longe superantibus; inflorescentia optime panniculata; bracteis ovato-ovalibus, optime distichis nec secunde versis, remotis nec per anthesin sibi incumbentibus, rubris, sepala subaequantibus, apicem rectum versus paullo carinatis; floribus suberectis; sepalis explanatis anguste ellipticis, acutis; petalis lingulatis, biligulatis; ovulis caudatis.

Florifera ad 0,7 m alta. Folia \pm 0,3 m longa, 30 mm lata, viridia basin versus vinoso-rubentia, glabra. Scapus validus, erectus, vaginis elliptico-triangularibus dense indutus. Inflorescentia submultiflora, ramulis erectis vel suberectis, brevibus (\pm 0,43 m), optime pinnatis; bracteolis brevissime lateque acutis, ad 35 mm longis. Flores \pm 45 mm longi, breviter sed manifeste crasseque pedicellati, sepalis ad 30 mm longis, haud carinatis. Petala (cum genitalibus imperfecte cognita) ut videtur stamina superantia?

Brasiliae civit. Sta. Catharina, prope Blumenau: F. MÜLLER. (Herb. Mez.)

Obs. Habitus hybridae *V. Philippo-Coburgi* cum specie quadam dubia, fortasse *Vr. glutinosa*?

Tillandsia Seleriana Mez n. sp.; foliis basi bulbum percrassum efformantibus, utrinque densissime lepidibus magnis, palacaceis obtectis recurvis, nec spiraliter tortis; inflorescentia subdigitatim e spicis 5—7 aequalibus, flabellatis, ad 6-floris composita; bracteis florigeris paullo imbricatis axes non nisi imperfecte obtegentibus, foliorum ritu densissime lepidibus maximis pruinosis, sepala superantibus vel summis aequantibus, coriaceis; floribus erectis; sepalis antico cum reliquis brevissime, posticis binis inter sese ad 5—6 mm connatis; petalis tubulose erectis, quam stamna brevioribus; stylo perlongo.

Epiphyta, acaulis, florifera ± 0,25—0,3 m alta. Folia multa densissime rosulata basi in vaginas maximas, latissime ellipticas, dense bulbiformi-imbricatas, utrinque sed praesertim dorso densissime lepidotas, haud pictas dilatata, stipitiformi-convoluta sieca saltem fere tercia, usque ad 0,25 m longa inflorescentiam subaequanta vel paullo breviora, apice tenuissima nec filiformia, sieca brunnescenti-incana micantiaque, perrigida. Scapus brevis, erectus, omnino vaginis iis foliorum rosulae similibus et in laminas normales desinentibus obtectus celatusque. Inflorescentia spicis ad 40 mm longis, vix ultra 10 mm latis, lanceolatis bene compressis; bracteis primaris omnino vaginis scapalibus isomorphis inferioribus in laminas parvas normales spicas axillares aequantes vel paullo superantes productis superioribus quam spicae axillares brevioribus, omnibus membranaceo-coriaceis, densissime et pruinose lepidotis; bracteolis florigeris erectis, ± 9 mm distantibus margine membranaceis, basi paullo impressis, acute connatis, summis leviter uncinatum incurvis, acutis, ± 20 mm longis 10 mm latis. Flores brevissime pedicellati fere sessiles appellandi, genitalibus ignotis ad 35 mm longi; sepalis coriaceis, dorso glabris nitidisque et prominenti-venosis, apice rotundatis. Petala sepalis 45 mm longiora. Ovarium graciliter pyramidatum, in stylum tenuem perlongum transiens. Fructus ignotus.

Patria ignota, aut Mexico aut Guatemala: GAECKE et ED. SELER n. 3439. (Herb. Berol.)

Obs. Et habitu et characteribus peraffinis *T. pruinosa*, cuius formam perluxuriantem aestimarem, nisi inflorescentia percomposita magis ad *T. streptophyllum*, *T. variegatum* etc. approximetur.

Tillandsia Rothschuhiana Mez n. sp.; foliis dense utriculatum rosulatis, utrinque sed praesertim subtus lepidibus minutis, crebris, adpressis, albidis conspersis, apice acutis; scapo erecto, vaginis internodia permanenti superantibus induto; inflorescentia bipinnatum disticheque panniculata, axibus glabris; spicis omnibus subsessilibus, stricte erectis, flabellatis, ± 10-floris; bracteolis florigeris sepala paullo sed constanter superantibus; floribus erectis; sepalis liberis, asymmetricis.

Epiphyta (ex cl. Rorisoni!), acaulis, florifera fere semimetalis. Folio basi in vaginam maximam, interioribus late ellipticam, utrinque densissime lepidibus minutis adpressoque brunnescens ipsam brunnescem marginem praesertim prope apicem membrana castanea pellucida cinctam dilatata, ± 0,25 m longa, medio 20 mm lata, lingulata, apicem sensim acutum utique stricta, ex sicco superne maculis pancis triste coloratis ornata, chartacea. Scapus validus, glaber, folia paullo superans, vaginis stricte erectis

adpressisquam, dorso sicut folia lepidotis, apice haud laminigeris involutus. Inflorescentia submultiflora, densa, folia subdupo superans; rhachi paulo undulata; spicis rectis, strictissime erectis, e bracteis primariis magnis, ovatis, item stricte erectis, rigidis, mediis superioribusque saltē dorso glabris emergentibus, usque ad 45 mm longis, floriferis 9 mm latis, circuitu lanceolatis, glabris; bracteolis florigeris densissime imbricatin sibi incumbentibus, rigidiusculis, glabris, laevibus, opacis, valde concavis nec carinatis, apice obtusis, ± 7 mm longis. Flores inteo-rubentes (ex cl. ROTHSCHUN!), sessiles; sepalis rigidiusculis, glabris laevissimisque, ± 6 mm longis, apice late rotundatis, latere dextro in alam parvam dilatatis. Petala cum genitalibus mili ignota.

Nicaragua, in collibus prope Jimotega, silvae humilis arboribus caesis epiphyta: ROTHSCHUN n. 54. — »Torito« incolis. — Floret Februario. (Herb. Berol.)

Tillandsia Palmana Mez n. sp.; foliis dense utriculatim rosulatis, utrinque lepidibus minutis, adpressis, albidis crebris conspersis, apice rotundatis; scapo erecto, vaginis internodia exakte aequantibus vel inferioribus paulo superantibus praedito; inflorescentia bipinnatim panniculata, axibus glabris; spicis omnibus subsessilibus, suberectis, flabellatis, usque ad 14-floris; bracteolis florigeris sepala paulo sed constanter superantibus; floribus erectis; sepalis liberis, asymmetricis.

Epiphyta, acaulis, florifera usque ad 0,6 m alta. Folia ± 45, basi in vaginam maximam, latissime ovato-ovalem exterioribus fere orbicularem, utrinque densissime lepidibus minutis adpressisque umbrinis obtectam ipsam umbrinam, margine prope apicem membrana subatra pellucida cinctam dilatata, ± 480 mm longa, medio 25 mm lata, lingulata, apice anguste rotundata acumineque imposito reflexo-crispato aucta, ex sicco hinc inde maculis triste coloratis dissitis ornata, siccata quoque plana nec involuta, coriacea. Scapus gracilis, glaber, folia duplo vel ultra superans, vaginis paulo inflatis, dorso lepidibus pallidis peradpressisque cinereis, apice haud vel vix laminigeris involutus. Inflorescentia multiflora, perlaxa, folia perlonge superans; axibus omnibus rectis; spicis haud curvatis, usque ad 60 mm longis, in statu florifero 7 mm latis, circuitu anguste linearibus, glabris; bracteis primariis suberectis, dorso lepidotis, quam spicae axillares permulto brevioribus; bracteolis florigeris imbricatin sibi incumbentibus, coriaceis, dorso juvenilibus paulo lepidotis celerrime glabratris, laevibus, valde concavis nec carinatis, explanatis latissime ovatis, apice obtusiusculis, ± 8 mm longis, explanatis 5 mm latis. Flores sessiles; sepalis coriaceo-rigidis, dorso glabris laevissimisque, 6—7 mm longis, ellipticis, apice late rotundatis, latere dextro in alam magnum productis. Petala ignota. Ovarium ellipsoideum, apice subito in stylum crassiusculum, duplo breviorem contractum. Capsula matura usque ad 18 mm longa, prismatico, acuta, basin usque dehiscens; seminibus coma nivea appendiculatis.

Costarica, prope la Palma, alt. 1500—1700 m, arboribus epiphyta: TONDZU in herb. inst. physic.-geogr. Costaric. n. 9710. — Floret fructificante Julio. (Herb. Bruxell.)

Tillandsia Tonduziana Mez n. sp.; foliis densissime rosulatis bulbum magnum efformantibus laminis stipitiformi-involutis, dense adpresseque lepidotis incanis; scapo erecto, vaginis internodia superantibus induto; inflorescentia subpauciflora, bipinnatim panniculata; spicis ± 6-floris, glabriusculis, pinnatis, optime distichis nec secunde florigeris; bracteolis florigeris nec imbricatis nec axes obtegentibus, dorso lepidotis, quam flores multo brevioribus; floribus suberectis; sepalis liberis, asymmetricis.

Epiphyta, acaulis, florifera ad 0,25 m alta. Folia per multa basi in vaginam maximam, latissime elliptico-ovatam, valde concavam, utrinque densissime lepidibus minutis per adpressisque badiis conspersam ipsam badiam dilatata, ± 130 mm longa, super vaginam ad 45 mm lata, persensum in apicem tenuiter stipitiformem angustata, tota longitudine marginibus involuta ipsa fistuloso-stipitiformia, coriacea, irregulariter tortuosa, omnino apice uncinatum recurvata. Scapus tenuis, cinereo-lepidotus demum glabratus, vaginis tubulose convolutis paullo tantum inflatis, in laminas breves nunc spiraliter nunc uncinatum recurvas desinentibus, dense adpresse cinereo-lepidotis omnino obtectus. Inflorescentia folia subdupo superans, axibus adpresse cinereo-lepidotis demum glabratis; rhachi quam maxime geniculata; spicis omnibus distiche e rhachi provenientibus, brevissime stipitatis, refractis; bracteis primariis late ovato-lanceolatis, valde concavis, inferioribus mediisque ramulos axillares aequantibus vel paullo superantibus; bracteolis florigeris latissime ovatis, subacutis, patentibus, vix ultra 3 mm longis. Flores sessiles; sepalis subobovatis, apice valde obtusis et latere dextro in alam magnam rotundatam productis, coriaceis, 4–5 mm longis. Capsula 45 mm longa, cylindrico-prismatica, valvis dorso allutaceis vix rugosis, intus subatratis; seminum coma nivea.

Costarica, prope la Palma, alt. 1500–1700 m, arboribus epiphyta: TONDUZ in Herb. inst. phys.-geogr. Costar. n. 9708. — Floret fructificatque Julio. (V. s. in herb. Bruxell.)

Obs. Species habitu *T. Schumannianae* e Columbia allatae similis, cui tamen differt scapo altiore, inflorescentia haud ferrugineo-lepidota etc. — In systemate meo inter *T. adpressam* et *T. Jenmani* inserenda.

Tillandsia Augustae regiae Mez n. sp.; statura minore; foliis rosulatis, glabriusculis; inflorescentia laxiuscule bipinnatim panniculata; spicis 2 (–3)-floris, optime pinnatis, inferioribus patentibus omnibus quam bracteae primariae brevioribus vel summis ea aequantibus; bracteolis florigeris quam sepala brevioribus, obtuse carinatis; sepalis subaequaliter liberis.

Acaulis, florifera ad 0,35 m alta. Folia pulcherrima, in viridi elegantissime rubropicta, 1–20 dense subtriculatimque rosulata, basi in vaginam magnam, ovato-ovali dilatata, lingulato-linearia, apicem subaenatum versus breviter angustata, $\pm 0,18$ m longa, medio ad 28 mm lata, ut videtur vix rigida. Scapus validus, erector, vaginis multis omnino foliacies erectis vel superioribus suberectis, internodia optime superantibus dense involutis, glaber, folia subaequans. Inflorescentia quam in affinibus speciebus multo latior nullo modo cylindrica dicenda, $\pm 0,45$ m longa, (bracteis computatis) ad 80 mm diam. mehens; bracteis primariis amplissimis, inferioribus mediisque breviter foliacies summis e latissime ovato triangulo-acutiusculis, satis concavis, propter situm patentem vel superiorum subtentem nullo modo imbricatis; spicis omnibus manifeste stipitatis, axi ultra florem ultimum semper longe producto bracteas nonnullas steriles procreante; bracteolis florigeris glabris, laevibus, satis navicularibus, nec imbricatis nec axes obtegentibus, 1–12 mm longis, apice rotundatis. Flores plane sessiles, suberecti, non nisi fructiferi cogniti; sepalis dorso glabris, laevissimis, ad 15 mm longis, ellipticis, apice late truncato-rotundatis minuteque asymmetrico emarginatis. Petala cum genitalibus ignota. Capsula perlonga (30 mm), cylindrico-prismatica, apice acutiuscula nec rostrata, laevia.

Columbia, in Quindiu montibus, reg. temp. (2000–3000 m): Serissima princepsfemina **TERESA BAJUVARIAE**. (V. in spirit. vini conserv.)

Obs. Species pulcherrima distinctissimaque, ex affinitate *T. ionochromae*, *T. biflorae* minus crebrosumae inventrice in honorem matris denominata.

Tillandsia goyazensis Mez n. sp.; statura minore; foliis haud bulbose rosulatis, dense lepidibus cinereo-albidis maxi⁹is obtectis insigniter pruinose micantibus; inflorescentia subdigitatim disticheque bipinnatim panniculata; spicis densissime dispositis, flabellatis, 6—7-floris, bracteas primarias perlonge superantibus; bracteolis florigeris dorso valde prominenti-venosis, glabris vel minute tantum lepidotis; floribus erectis; sepalis posticis binis ad 3 mm altius quam cum antico inter sese connatis; petalis stamina superantibus.

Acaulis, florifera infra 0,3 m alta. Folia ± 20 dense fasciculatim rosulata, basi in vaginam inconspicuum et a lamina aegre discernendam, infune glabram superne praesertim dorso lepidotam producta, usque ad 220 mm longa, 47 mm lata, fere e basi perlonge in apicem filiformi-acutum angustata, rigida, tota longitudinaliter involuta vel complicata apice versus subulata. Scapus validusculus, erectus, foliis paulo brevior, dense vaginis apice stipitiformi-acutis, dorso nicanter sicut folia lepidotis, stricte erectis internodiaque superantibus involutus. Inflorescentia submultiflora, folia paulo sed ut videtur constanter superans, ± 80 mm longa; bracteis primariis lingulatis, dorso sicut scapi vaginæ lepidotis, optime distichis, stricte erectis; spicis subsessilibus, valde sibi approximatis, pulcherrime rubris, rhachi taliter insertis ut facies duo applanatae coelum terramque versus spectent (spicarum acies horizontales nec verticales!), basi bracteis 2—3 sterilibus acutis, convexiusculis, circuitu lanceolatis, ± 50 mm longis, 8 mm latis, apice sensim auctis, ex stricte erecto nonnunquam fere insensim decurvis; bracteolis florigeris erectis, dense imbricatim sibi incennibentibus, chartaceis, hyalino-marginalis, breviter acutis sueto minute mucronulatis, ± 80 mm longis, sepala optime superantibus. Flores fere sessiles, ± 20 mm longi; sepalis chartaceis, dorso glabris laevibusque, explanatis ovato-lanceolatis, apice breviter acutis minutissimeque mucronulatis, ± 17 mm longis. Petala sepalis ad 3 mm longiora, ex sicco alba, laminis anguste ellipticis, apice rotundatis, per anthesin erectis. Stamina antheris 4—5 mm longis, linearibus, prope basin dorsifixis. Ovarium prismatico-pyramidalatum, in stylum perlongum gracilemque transiens. Fructus ignotus.

Brasiliae prov. Goyaz: GLAZIUS n. 22496. (Herb. Mez.)

Obs. Species ex intima affinitate Argentinensium quaerundam nempe *T. Lorentziana*, *T. vernicosae*, *T. didistichae*. Habitu imprimis *T. vernicosae*, characteribus *T. Lorentziana* accedit, ab utraque tamen momentis haud levibus satis distincta.

Tillandsia linearis Vell. (Flor. Flumin. III. t. 428; Mez in Flor. Brasil. p. 608 et Monogr. p. 860). — E specimine a cl. GLAZIUS sub n. 22497 transmisso florifero identitas cum *T. Selloa* C. Koch (Ind. sem. hort. Berol. 1873, Mez Monogr. p. 672) adhuc absque petalis tantum cognita plane elucet. Descriptioni speciei adde: Petala (vix non coerulea) laminis explanatis, maximis (10 mm longis et fere aequilatis), suborbiculari-rhomboideis. — *T. Selloae* nomen ex prioritatis legibus delendum. (Herb. Mez.)

II. Lauraceae.

Cryptocarya minutiflora Mez n. sp.; ramuli glaberrimi cortice aromatico. Folia sparsa, rigida, glaberrima, subtus glaucescentia, lanceolata, basi acuta apice acuminata, supra fere laevia subtus densissime prominulo-reticulata. Inflorescentia (non nisi juvenilis descriptioni adest) pauciflora,

ferrugineo-subsericea. Flores subsericei, vix ultra 4 mm longi. Perianthii tubus brevis; lobi tubo longiores (num in statu juvenili tantum?), ovati, acuti, androeceum superantes. Filamenta perianthio adnata. Antherae ovatae, apicem versus angustatae, connectivo vix producto apice truncatae. Glandulae sessiles. Stylus ovarium subaequans.

Arbor vel frutex ramulis teretibus, castaneis, gemmis ferrugineo-subsericeis. Folia petiolis usque ad 6 mm longis, profunde canaliculatis praedita, ± 60 mm longa, 20 mm lata, penninervia, costis e nervo medio sub angulo 50—60° prodeuntibus, margine fere plano. Inflorescentia axillaris, paupere paniculata subracemosae speciem praebens, erecta, foliis permuto brevior, pedicellis brevissimis. Androeceum filamentis parce pilosis; glandulis parvis; staminodiis ser. IV. sagittiformibus, subsessilibus, apice barbatis. Ovarium glabrum, lageniforme, stigmate obtuso. Fructus ignotus.

Brasilia: loco non indicato: GLAZIUS n. 48 437 (herb. Berol.).

Boldus costaricensis O. Ktze. (Revis. II. p. 569). Diagnosi in Monogr. Laurac. p. 27 datae adde fructus descriptionem:

Bacca optime ellipsoidea, apice styli rudimentis minutissime mucronulata, ± 15 mm longa, 6 mm diam. metiens, cupulae satis incrassatae sensimque in pedicellum transeunti, margine perianthii lobis persistentibus optime 6-dentatae insidens, fere omnino exserta.

Costarica: ad Rio Segundo ripas altit. 2000 m: Tonduz in herb. inst. phys.-geogr. Costaric. n. 4794. (Herb. BRUXELL.)

Ajouea Schwackeana Mez n. sp.; ramuli glabri. Folia coriacea, glaberrima, elliptico-lanceolata, basi acuta apice breviter sed manifeste acuminata, penninervia, utrinque prominulo-reticulata, margine non incrassato. Inflorescentia glabra, laxe paupereque panniculata, foliis brevior. Flores glabri, 2 mm longi. Perianthii tubus conspicuus, lobi subrotundati. Androeceum seriulus 3 exterioribus fertilibus, quarta tantum staminodiali. Antherae locellis magnis, elongatis connectivo paullo tantum producto apice acutiusculae. Staminodia ser. IV. longe stipitata. Stylus ovario paullo brevior.

Arbuscula (ex cl. SCHWACKE!) ramulis gracillimis, glabris, haud glaucescentibus adultis brunneis, teretibus, gemmis ochraceo-subsericeis, cortice esrido. Folia petiolis ad 10 mm longis, canaliculatis stipitata, sparsa, ± 65 mm longa, 35 mm lata, supra obsoletius subitus prominenti-reticulata, costis binis infinitis subrectis et folio subtripinnervis speciem praebentibus, superioribus subpatentibus. Inflorescentia haud glaucescens pedicellis ad 8 mm longis gracillimis, bracteolis celerime deciduis. Flores minime glauci, vivi viride (ex cl. SCHWACKE!), 2 mm longi; perianthii tubo magno, apice bene constricto, acuminatus in pedicellum transenante. Limbi segmenta genitalibus satis longiora, aquilata. Filamenta antherae subaequantia, margine pilosa, ser. III. basi glandulis binis exacte globosis, flavidо-viridibus auctis. Antherae ser. I., II. bene introrsum, ser. III. extorsum deliseentes; ser. extorsum ovatae, apicem versus sensim attenuatae. Staminodia ser. IV. magna, stipibus longis valde pilosis clata. Ovarium glaberrimum ovoidente, stylo crassamento tereti, stigmate obtuso. Fructus ignotus.

Brasilia: civit. Minas Geraes, in Serra da Jucuba: SCHWACKE n. 8742. (Herb. Berol., Mez.)

OBS. Peraffini adest planta a cl. SCHWACKE n. 8836 (= Glaziou n. 20 441) inter Ouro Preto et Cachoeira do Campo collecta apud Glaziou monstrosa tantum edita, quam

e floribus perjovenilibus mili traditis *Ajouea Severini* congenerem aestimandam puto. Differt tamen a typo SEVERIN n. 439 inflorescentia viridi nec glauca, habitu. An haec quoque nova species, *A. Severini* et *Schwackeanae* intime affinis?

Ajouea marginata Mez n. sp.; ramuli novelli pilis longissimis, ochraceo-ferrugineis pubescentes. Folia coriaceo-rigida, adulta glabra, latissime elliptica, utrinque breviter nunc brevissime acuminata, optime trinervia, utrinque prominulo-reticulata, margine quam maxime incrassata. Inflorescentia glabra, paullo glaucescens, folia bene superans. Flores glabri, 2—2,5 mm longi, perianthii tubo lobos quam genitalia vix longiores subaequante. Androeum seriebus 2 exterioribus fertilibus, 2 interioribus staminodialibus. Antherae filamentis paullo longiores, introrsae, connectivo haud vel vix producto apice acutae. Staminodia ser. IV. sessilia. Stylus ovario paullo longior.

Arbor vel frutex ramiulis celerrime glabratis badiis vel castaneis, teretibus, gemmis tomentosis, cortice esipido. Folia petiolis usque ad 40 mm longis (e maximis totius familiae), levissime tantum canaliculatis basin versus omnino teretibus, sparsa, rigida, novella longe flavidio-pilosa sed celerrime glabrata, siccata laete vel flavescenti-viridia subtus juniora paullo glaucescentia adulta concolora, ± 120 mm longa, 70 mm lata. Inflorescentia permultiflora, amplissima, elongata, pedicellis 2—5 mm longis, bracteolis diu persistentibus. Flores perianthii tubo conico, apice haud constricto basi sensim in pedicellum attenuato; limbi segmentis latissime ellipticis, apice triangulo-acutiusculis. Staminodia ser. III. liguliformia, basi glandulis binis parvis praedita; ser. IV. perlone acuminatimque acuta. Ovarium glaberrimum, subglobosum stigmate obtuso.

Brasiliae civit. Goyaz: GLAZIUS n. 22050. (V. s. in herb. Berol., Mez.)

Obs. Species pulcherrima, notis permultis *Ajouea ellipticae* accedens, tamen distinctissima, foliorum margine quam maxime incrassato jam sterilis perinsignis.

Ajouea farinosa Mez n. sp.; ramuli novelli dense ochraceo- vel flavidotomentosi. Folia coriaceo-rigida, adulta perfecte glabrata, elliptico-lanceolata, basi breviter acuta apice brevissime et saepius obscure acuminata, penninervia, utrinque praeter costas subtus paullo prominulas laevia, margine vix incrassata. Inflorescentia pilis longis ± dissitis insignis et insuper valde albo-pruinosa, foliis brevior. Perianthii tubus lobos quam genitalia vix longiores subaequans. Androeum seriebus 2 exterioribus fertilibus, 2 interioribus staminodialibus. Antherae filamentis paullo breviores, introrsae, connectivo paullo producto apice acuminatae. Staminodia ser. IV. brevissime stipitata. Stylus ovario fere duplo longior.

Arbor vel frutex ramiulis mox glabratis castaneis, subteretibus, gemmis dense flavidotomentosis, cortice esipido. Folia petiolis usque ad 45 mm longis, levissime canaliculatis, basin versus incrassatis, sparsa, novella utrinque pilosa adultiora praeter petiolos laminaeque basin pilosam glabrata mox omnino pilis destituta, opaca, siccata laete viridia, ± 120 mm longa, 45 mm lata, costis non nisi filiformi-prominulis adscendentibus. Inflorescentia multiflora, ample panniculata, pedicellis 3—6 mm longis, bracteolis diu persistentibus. Flores manifeste sparse pilosi, 3 mm longi; perianthii tubo apice haud constricto, late conico, subito in pedicellum contracto; limbi segmentis ovatis, late triangulo-acutis. Filamenta manifeste sed breviter pilosa. Staminodia ser. III.

maxima, crasse ligniformia; ser. IV. magna, subfoliolacea, apice longe acuta. Ovarium globosum in stylum subduplo longiore contractum, stigmate obtuso.

Brasiliae civit. Goyaz: GLAZIÖU n. 22054. (V. s. a cl. GLAZIÖU mecum benigne communie.)

Obs. Inflorescentia (item sparse pilosa) maxima foliaque longe superante differt Glaziövii n. 22053, attamen differentiae analyticae desunt et axes novelli indumento congruo obiecti. Sed inflorescentia haud pruinosa et habitu recedit. Num nova sit species vel proximae *A. farinosae* adnumeranda, difficillimum est dijudicatu.

Endlicheria Lhotzkyi Mez (Berl. Jahrb. V. 422); adsunt e diversis collectionibus et flores masculini et fructus, adhuc ignoti. Adde descriptioni: Inflorescentia ♂ multiflora, ex amplioribus, folia subaequans vel iis paullo brevior; flores parvi (vix 2 mm), perianthii tubo quam in floribus ♀ minore; filamentis quam antherae paullo longioribus, latere longe parceque pilosis, ser. III. prope basin glandulis binis subglobosis, perconspicuis, subsessilibus anctis; antheris vix longioribus ac latis, e basi ovata sensim apicem versus angustatis demum rotundatis; staminodiis nullis; ovario valde reducto, stipitiformi. Bacea parva (\pm 10 mm longa), ovoidea, apice acutiuscula, pedicello turbinatim incrassato, perianthii subpersistentis lobulis coronato insidens.

Brasiliae civit. Mato Grosso, prope S. Cruz da Barra do Rio dos Bugres: LINDMAN in herb. Regnell. A, 3153 et loco non indicato: SPENCER MOORE 318 (herb. Berol., Mez.).

Persea fusca Mez n. sp.; folia petiolata, juniora utrinque dense ferrugineo-velutina adulta supra omnino glabrata, elliptica vel ovato-elliptica, basi rotundata, apice brevissime obtuseque acuminate. Inflorescentia multiflora, dense ferrugineo-velutina, thyrsideo-panniculata, folia optime superans. Limbi segmenta exteriora interioribus subduplo breviora. Androecium seriebus 3 fertilibus; filamentis longe pilosis quam antherae $4\frac{1}{2}$ -plo longioribus; glandulis sessilibus, basi filamentis ser. III. adnatis; antheris omnibus 4-locellatis, ser. exterior. apice late obtusis emarginatisque. Ovarium dense longeque pilosum, stylo $4\frac{1}{2}$ -plo longiore.

Arbor vel frutex ramiis per validis, apice dense ferrugineo-tomentosis, sero glabrescentibus subatris, terebratis, gemmis tomentosis, cortice esipido valde mucoso. Folia petiolis usque ad 8 mm longis, tomentosis, non nisi levissime canaliculatis praedita, sparsa, perrigida, adulta supra glabrata nitida et praesertim secus nervos primarios *P. panamensis* ritu minute punctato-foveolata, \pm 90 mm longa, 60 mm lata, supra fere leviter subtilis prominenti-costata obscuriusque laxe reticulata, costis e nervo medio sub angulo $40-60^\circ$ prodeuntibus, margine incurvo. Inflorescentia pedicellis 4-4 mm longis, bracteolis cito deciditis. Flores 6-7 mm longi, dense ferrugineo-villosi; limbi segmenta exterioribus latissime ovato-ellipticis apice subcucullatis, interioribus elliptico-lanceolatis apice acutiusculis et intus apicem versus longe ferrugineo-pilosis. Antherae ser. III. lateraliter dehiscentes. Staminodia maxima, sagittata, dorso laevia apice et anteriori latere longe horonta, breviter stipitata. Ovarium ovoideum, stigmate maximo disciforme. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Goyaz, loco non indicato leg. GLAZIÖU n. 22068. (V. s. in herb. Berol. cl. a cl. GLAZIÖU mecum communie.)

Var. **angustifolia** n. var.; a typo differt foliis satis angustioribus, elliptico-lanceolatis, basi acutiusculis apice manifestius acuminatis, foliis adultis subtus quoque fere omnino glabratis, floribus minoribus. — Ad *Perseam punctatam* transitum parat.

Brasiliae civit. Goyaz: GLAZIUS n. 22 069.

Obs. Typus habitu maxime ad *P. pedunculosam* (ejus specimen a cl. SCHWACKE in monte Itacolumy sub n. 40249 collectum mihi adest), varietas ad *P. punctatam* tendit, sed *P. lanceolatae* quoque (GLAZIUS n. 22 070^a) similis videtur.

Persea Pittieri Mez n. sp.; folia perlunge petiolata, adulta quoque supra praesertim ad costas peradpresso ferrugineo-tomentella demum ± glabrescentia haud vel vix foveolata, subtus breviter tomentella, obovata. Inflorescentia subpauciflora, adpresso ferrugineo-tomentosa, foliis brevior. Flores limbi segmentis solemniter aequilongis; androceo seriebus 3 fertilibus; filamentis quam antherae omnes 4-loCELLatae manifeste longioribus; ovario dense tomentello.

Arbor vel frutex ramulis crassis, novellis densissime ferrugineo-tomentosis, cortice mucoso. Folia petiolis usque ad 65 mm longis, supra haud vel vix canaliculatis, dense ferrugineo-tomentosis stipitata, ad ramulorum apicem collata, subcoriacea, supra tomento brevissimo puberulo ad nervum medium costasque persistente ceterum ± detrito, subtus tomento densiore peradpressoque, ad nervos subferrugineo ceterum cinereo obtecta, utrinque optime rotundata vel basi minutissime obscureque cordata apice acuminulo latissimo brevissimoque, obtusiusculo imposito aucta, ± 470 mm longa, 445 mm lata, penninervia, supra sublaevia subtus reti denso prominulo ornata. Inflorescentia perdense tomentosa, satis longe stipitata, perlaxa; pedicellis maximis (40—20 mm longis), optime patentibus, sueto binis vel ternis ex axi communi fasciculatim prodeuntibus; bracteolis deciduis. Flores ad 9 mm longi, adpresso ferrugineo-tomentelli; perianthii tubo subnullo; lobis linear-lanceolatis, longe acutis; filamentis ser. III. glandulis binis subreniformibus, stipitibus manifestis pilosis elatis auctis; antheris angustis sublinearibus, apice rotundatis, ser. III. lateraliter dehiscentibus; staminodiis ser. IV. subsagittatis, stipitibus crassiusculis paullo longioribus, dense pilosis elatis, apice haud barbatis. Ovarium dense breviterque cinereo-tomentellum. Fructus ignotus.

Costarica: in valle de Rancho Redundo, ad volcanum Irazu, alt. 4500 m: Pittier in herb. inst. phys.-geogr. Costar. n. 4156. Floret April (herb. Bruxell.).

Phoebe tetragona Mez (Berl. Jahrb. V. 484 et Spie. Laur. 447); Fructus adhuc ignoti descriptio haece: Bacca viridis, 40—45 mm longa, 3—9 mm diam., perfecte ellipsoidea, nitida, pedicello valde coniceque in-crassato, perianthii lobis persistentibus satisque auctis coronato plane insidens.

Speciem frequenter in Serra do Curral d'El Rei campis elevatis montanis fructiferam leg. SCHWACKEE n. 43 423 (herb. Berol.).

Phoebe Tonduzii Mez n. sp.; folia adulta utrinque praeter nervorum primariorum axillas quam maxime barbellatas omnino glabrata, late elliptica, basi breviter nunc brevissime acuta apice breviter acuminata, bene trinervia. Inflorescentia ampla, dense ochraceo-tomentosa, subcorymboso-

panniculata, folia aequans vel paullo superans. Flores dense tomentosi. Limbi segmenta late ovata, subacuta. Filamenta ser. exterior, glabra, antheris breviora. Antherae omnes 4-locellatae. Stylus ovario glaberrimo fere duplo longior.

Arbor sylvestris ramulis novellis perdense ochraceo-tomentellis paullo flocculosis, glabratis badiis, teretibus, gemmis subferrugineo-tomentosis, cortice esipido, adstringenti. Folia petiolis usque ad 20 mm longis, canaliculatis, novellis dense ochraceo-tomentellis mox glabratis praedita, ipsa juvenilia praesertim secus nervos primarios ochraceo-tomentella tum mox glabrata, costarum primariarum axillis semper barbis densis adpressisque subferrugineis auctis, sicca supra olivacea latere inferiore pallida nec albida, \pm 80 mm longa, 45 mm lata, supra vix subtus bene prominulo-reticulata, margine *Ajouarum* quarundarum ritu incrassata. Inflorescentia pedicellis brevibus (ad 2 mm longis) sensim in flores transeuntibus, bracteolis celeriter deciduis. Flores generis maximi (usque ad 4 mm longi) perianthii tubo brevi, conice in pedicellum transeunte; segmentis aequalibus, ovatis, apice rotundatis. Stamina omnia perfecta antheris ovatis, apicem versus satis angustatis acutiusculis. Staminodia maxima, stipitata, sagittiformia. Ovarium glaberrimum, obovoideum, apice in stylum crassum, subduplo longiore contractum, stigmata obtuso. Fructus ignotus.

Costarica: ad Copey, alt. 1800 m. Florentem Februario leg. TONDZ n. 44735. — Incolis »Aguacatillo blanco«. (V. s. in herb. Berol.)

Phoebe Pittieri Mez n. sp.; folia adulta utrinque glabra, elliptico-lanceolata, basi breviter acuta, apice acuminata, penninervia. Inflorescentia dissite pilosa glabrae speciem praebens, perpauciflora, racemosa, foliis multo brevior. Flores minute adpreso-que pilosi. Limbi segmenta patentia, elliptica, apice rotundata. Filamenta glabra. Antherae omnes 4-locellatae, ser. exter. breviter lateque ovatae. Stylus ovarium glabrum subaequans.

Arbor parva (ex Tonduz!) ramulis novellis paullo flavidio-pilosis subsericeis, ad-ultioribus celerrime glabratis badiis, teretibus, gemmis flavidio-tomentellis, cortice amaro mucosoque. Folia petiolis usque ad 10 mm longis, canaliculatis stipitata, supra \pm nitida, ad 70 mm longa, 25 mm lata, utrinque laxe prominulo-reticulata, costis adscendentibus, manifeste rubris, inferioribus in axillis barbellas pilorum brevissimorum subobscuras gerentibus, margine plano. Inflorescentia pedicellis 5—8 mm longis, bracteolis deciduis. Flores albi (ex Tonduz!) perianthii tubo brevissimo, lobis *Nectandrea* ritu explanatis (diam. 6—7 mm); filamentis ser. exteriorum brevissimis; glandulis maximis, globosis, sessilibus; antheris late rotundatis; staminodiis parvis, subcordato-capitulatis, longe stipitatis. Ovarium obovoideum, stylo pererasso, stigmate obtuso. Fructus ignotus.

Costarica: in sylvis ad Copey, alt. 1800 m: leg. TONDZ in herb. inst. phys.-geogr. nat. Costaric. n. 44893 (herb. Berol.).

Ocotea paradoxa Mez n. sp.; folia adulta glaberrima, elliptica, basi brevis longiusve acuta apice breviter nunc brevissime acuminata, penninervia, supra sublaevia vel minutissime subtus manifeste prominulo-reticulata. Inflorescentia paniciflora, racemosa, foliis brevior. Flores hermaphroditi, hirsuti; perianthii tubo subnullo; antheris sessilibus, lineari-lanceolatis optime papillosis; staminibus nullis; ovario glabro, quam stylus longiore.

Arbor vel frutex ramulis summo apice paullo ferrugineo-tomentellis, celerrime glabratris brunneis, teretibus, gemmis ferrugineo-vei flavido-tomentellis, cortice paullo aromatico. Folia petiolis usque ad 40 mm longis, inciso-canaliculatis, glabris stipitata, sparsa, chartacea, adulta saltem omnino glabra, siccā opaca olivaceo-viridia, ± 430 mm longa, 65 mm lata, margine subplano. Inflorescentia infra 40-flora, laxa, subcinereo-vel subferrugineo-tomentella; pedicellis 5—10 mm longis, bracteolis deciduis. Flores ± 12 mm diam. metientes; limbi segmentis *Nectandrac* ritu patentibus, lingulatis, apicem versus sensim angustatis demum rotundatis. Androceum antheris foliolaceis, connectivo ultra locellos longe producto apice acutis, ser. III. breviter stipitatis glandulis insigniter longe cum filamentis connatis pulvinatis; staminodiis abortivis. Ovarium ovoidum, persensim conice in stylum breviorem productum, stigmate magno, subdiscoideo. Fructus ignotus.

Costarica: in sylvis prope flumen Naranjo, alt. 200—300 m: TONDZ in herb. inst. phys.-geogr. Costar. n. 7648. Floret Martio (herb. Bruxell.).

Obs. Subgeneri *Dendrodaphne* adscribenda et *Ocoteae veraguensi* proxima, insigniter toto habitu, inflorescentia pauciflora racemosaque, floris glandulis differt.

Ocotea pentagona Mez n. sp.; folia adulta glabra, late elliptica vel perobscure obovata, basi brevissime acuta vel nonnunquam fere rotundata, apice acumine minuto latissimoque imposito rotundata, penninervia, utrinque laxe prominulo-reticulata. Inflorescentia permultiflora, ample squarroseque panniculata, sueto folia subaequans. Flores hermaphroditici, glaberrimi: perianthii tubo brevi, suburceolato; antheris quam filamenta glabra duplo brevioribus; staminodiis abortivis. Ovarium glabrum, stylo breviore.

Arbor alta (ex cl. TONDZ!) ramulis quam maxime pentangularis, novellis minutissime et quasi punctulatum pilis brevissimis pallidis conspersis, celerrime glabratris fuscobadiis; gemmis paullo flavescenti-pilosis; cortice esrido vel minute tantum aromatico. Folia petiolis percrassis, usque ad 48 mm longis, conspicue canaliculatis, glabris stipitata, sparsa, coriacea vel rigida, novella subtus brevissime tomentella cinerea, siccā pallide viridia, usque ad 520 mm longa, 200 mm lata, sed saepissime minorata semper perconspicua. Inflorescentia in specimine unico (anomalo?) abbreviata in reliquis optime evoluta valde elongata; pedicellis per anthesin ad 3 mm longis tum valde auctis; bracteolis deciduis. Flores 2,5 mm longi; limbi segmentis erectis vel suberectis, late squamiformibus, apice subacutis, antheris subovato-rectangularibus, medio manifeste constrictis, apice rotundatis; staminibus ser. III. basi glandulis binis maximiis, subreniformi-globosis, brevissime stipitatis auctis. Ovarium ovoidum, apice conice in stylum permanente breviorem transiens; stigmate parvo, obtuso. Baccæ optime ellipsoidea, laevis nitidaque, usque ad 17 mm longa, 10 mm diam. metiens, cupulae perianthii lobis optime persistentibus auctisque coronatae, basin versus longe conice attenuatae insidens.

Costarica: ad Rio Naranjo ripas, alt. 200—250 m: TONDZ in herb. inst. phys.-geogr. Costar. n. 7643, in fruticetis prope San Mateo: Biolley ibidem n. 7106, prope Turrialba (570 m): TONDZ ibid. n. 8362. Floret Novembri—Januario, fructificat Martio (herb. Bruxell.).

Obs. A paraffini *O. nicaraguensi* imprimis foliorum forma, inflorescentia glabra distincta.

Ocotea cuneata Mez n. sp.; folia subsessilia, glabra, optime obovata basin versus sensim cuneatimque acuta, apice rotundata, penninervia, supra vix subtus manifeste prominulo-reticulata. Inflorescentia submultiflora, subcorymbose panniculata, folia subaequans vel paullo superans. Flores herma-

phroditi, manifeste ferrugineo-tomentelli; perianthii tubo perlongo, obconico, antheris rectangularibus, truncatis, quam filamenta multo longioribus; staminodiis abortivis. Stylus quam ovarium glabrum subdupo longior.

»Mangle« Costaricensibus (ex cl. TONDZ!).

Arbor (ex TONDZ!) ramulis glaberrimis, juvenilibus ut videtur \pm angulatis senioribus teretibus, cinereo-allutaceis, cortice mucoso, aromatico sapore dulci admixto. Folia petiolis lamina basin usque dilatatis sessilia, utrinque subnitida, sparsa, rigida, ± 150 mm longa, 70 mm lata, secca olivaceo-viridia. Inflorescentia crasse scoparieque panniculata; pedicellis 0,5—1,5 mm longis, bracteolis deciduis. Flores 2,5—3,5 mm longi; tubo perianthii a pedicello aegre distincto et sensim in eum transeunte; limbi segmentis late ovatis, rotundatis vel acutiusculis; filamentis glabris, ser. III. infime glandulis binis maximis, irregulariter lobato-incisis auctis. Ovarium subglobosum, stigmate discoideo. Fructus ignotus.

Costarica: ad Rio Segundo ripas, alt. 2000 m: TONDZ in herb. inst. phys.-geogr. Costar. n. 4739 et in nemoribus ad Rancho Flores, alt. 2043 m: idem n. 2142. Floret Januario, Februario (herb. Bruxell.).

Ocotea atirrensis Mez et Donnell-Smith n. sp.; folia breviter sed manifeste petiolata, glaberrima, perlongate elliptica, apice abrupte eleganterque acuminata basi breviter acuta, penninervia, utrinque laxe prominulo-venulosa. Inflorescentia non nisi perjuvenilis cognita verisimiliter pauciflora et foliis multo brevior.

Arbor irregularis (ex cl. collectore!) ramulis novellis minutissime perobscuraque pilosiusculis 5-angulatis, senioribus teretibus glabratisque, cortice cinereo, mucoso, esrido. Folia petiolis vix ultra 45 mm longis, per profunde canaliculatis, validis stipitata, sparsa, membranacea vel membranaceo-chartacea, secca triste olivaceo-viridia, ± 300 mm longa, 75 mm lata. Flores perjuveniles tantum cogniti hoc in statu pilosi sed per anthesin verisimiliter glabri, absque dubio hermaphroditi. Bacca maxima (ad 33 mm longa), carnosae, ellipsoidea, cupulae minutae, undulatim simplicimarginatae, clavatim in pedicellum satis incrassatum auctumque transeunti insidens tota exserta.

Costarica: prope Atirro provinciae Carthaginensis, alt. 700 m: J. DONNELL-SMITH n. 4930. Speciem verisimiliter identicam leg. cl. PITIER (herb. inst. phys.-geogr. Costar. n. 7592^b) prope Rio Maranjo (herb. Bruxell., Mez.).

Ocotea clavigera Mez (Berl. Jahrb. V, 239); speciei adhuc valde imperfecte cognitae adsunt specimina florifera: Inflorescentia ample panniculata, glaberrima, foliis manifeste brevior, pedicellis 4—3 mm longis. Flores virentes (ex cl. Duss!), glabri, 4—4,5 mm longi, vix non hermaphroditi; tubo perianthii brevi; limbi segmentis ovato-lingulatis, subacutis. Androeceum filamentis ser. exteriorum latissimis, glabris, quam antherae duplo brevioribus, ser. III. basi glandulis sessilibus instructis; antheris ellipticis vel rectangularibus, medio band constrictis, apice rotundatis; staminodiis abortivis. Ovarium glaberrimum, subglobosum stylo percrasso aequilongo, stigmate discoideo.

Gnadeloupe, in sylvis montanis: Père Duss n. 3484, 3624. »Bois doux, Bois doux grand feuille« inc. — Floret Julio, Augusto (herb. Krug et Urban, Mez.).

Obs. Habitu *Nectandrae dominicanae* specimina florigera ob foliorum nondum valde induratorum consistentiam satis accedunt. Affinitas vera autem prope *Ocoteam Imrayanam*, *O. Bernoullianam* et differentia specifica a priore dubia.

Ocotea pedalifolia Mez n. sp.; folia membranacea vel membranaceo-chartacea, glaberrima, obovato-elliptica, basi rotundata apice brevissime impositae acuminata, penninervia, utrinque reti tenuissimo prominulo costas *Nectandrae reticulatae* ritu transverse conjugenti insignia. Inflorescentia permultiflora, ample thyrsideo- vel pyramidato-panniculata, quam folia maxima multo brevior. Flores hermaphroditi, minute peradpresseque tomentelli; perianthii tubo conspicuo; filamentis brevissimis glabris; antheris subrectangularibus apice latissime acutiusculis; staminodiis abortivis. Ovarium glabrum, stylo fere duplo longiore. Cupula perianthii lobis quam maxime auctis coronata, turbinatim in pedicellum transiens.

Arbor vel frutex ramulis glaberrinis, junioribus saltem acutissime et fere angulatim pentagonis adultioribus cinereis; cortice esrido, mucoso. Folia petiolis vix ultra 20 mm longis, perprofunde et in secco marginibus involutis subsistulose canaliculatis stipitata, pedalia vel ultra, 450—200 mm lata (familiae adhuc ex amplissimis), secca triste olivaceo- vel brunnescenti-viridia, margine plana. Inflorescentia axibus satis angulatis, pedicellis gracillimis, strictis, usque ad 8 mm longis, bracteolis deciduis. Flores minimi (4—4,25 mm longi), perianthii tubo apice haud vel vix constricto; limbi segmentis ovato-ovalibus, acutis. Androeceum perianthio bene brevius; filamentis quam antherae 4—5-plo brevioribus, ser. III. basi glandulis binis magnis, inciso-lobatis, irregularibus, sessilibus auctis. Ovarium ovoideum, in stylum percrassum, subangulatum subito contractum, stigmate obtuso. Bacca elongata, cylindrico-ellipsoidea, ad 20 mm longa, 8 mm diametriens, cupulae perconspicuae, 6-lobae, in pedicellum valde incrassatum elongatumque turbinatim transeunti insidens fere omnino exserta.

Costarica: in sylvis prope Shiroes, prov. Talamanca, alt. 100 m, leg. PITIER et TONDZU in herb. inst. phys.-geogr. Costarica n. 9172, 9179. Floret et fructificat Februario (herb. Bruxell.).

Ocotea catharinensis Mez n. sp.; folia coriacea paullo rigidiuscula, praeter costarum axillas subtus insigniter barbellatas glabra, lanceolata, basi longe acuta apice optime acuminata, penninervia, supra obscurius subtus manifeste prominulo-reticulata. Inflorescentia subracemosa, flavidopilosa, foliis permulto brevior. Flores hermaphroditi, adpresse pilosi; perianthii tubo conspicuo; filamentis conspicuis, parce pilosis; antheris late ovatis vel ellipticis, apice rotundatis; staminodiis stipitiformibus capitulo parvo imposito. Ovarium glabrum, stylo paullo longiore.

Arbor alta (ex el. ULE!) ramulis gracilibus, glabris, teretibus, cinereis, gemmis peradpresse ochraceo-tomentellis, cortice aromatico amaroque. Folia petiolis usque ad 10 mm longis, leviter canaliculatis stipitata, sparsa, secca olivacea subtus opaca pallidiora, supra nitida, ± 75 mm longa, 25 mm lata, praeter barbellas ad costarum primiarum axillas permanente foveato-bullata, costis inferioribus erectis superioribus patentibus, margine paullo recurvulo. Inflorescentia perpauciflora, specie simplex, pedicellis vix ultra 4,5 mm longis, bracteolis deciduis. Flores ad 3 mm longi; tubo perianthii apice haud constricto; limbi segmentis ovatis, acutis; staminodiis ser. IV. parvis, stipitiformibus. Ovarium globosum, subito in stylum crassum teretem contractum, stigmate discoideo. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Sta. Catharina in sylvis prope Blumenau: ULE n. 859.
Floret Julio (v. s. in herb. Berol., Vratislav.).

Obs. Speciem inter *O. fasciculatam* et *O. indecoram* collocandam prius e specimine haud satis claris pro *O. indecora* salutavi (Spicil. Laur. p. 424).

Ocotea rubiginosa Mez n. sp.; folia chartacea, adulta supra glabra subtus dissite pilosa, elliptica, basi longe acuminatim acuta apice bene acuminata, penninervia, utrinque sed praesertim subtus prominulo-reticulata. In ofcesentia peranguste subglomeratimque panniculata ramulis perabbreviatis subracemosae speciem praebens, dense ferrugineo-tomentella, folia subaequans v. iis paullo brevior. Flores dioici, tomentelli; perianthii tubo subnullo; filamentis in flore ♂ quam antherae elongate rectangulares apice subrotundatae duplo brevioribus, glabris; staminodiis 0. In flore ♀ ovarium glaberrimum, stylo percrasso subaequilongo.

Arbor alta sylvestris vel frutex (ex ULE!) ramulis novellis ferrugineo-tomentellis, glabratis cinereis, teretibus, gemmis ferrugineo-tomentellis, cortice esipido. Folia petiolis usque ad 8 mm longis, leviter nunc levissime canaliculatis praedita, sparsa, sicca supra triste olivacea subtus permanente rubiginoso-colorata, utrinque opaca, \pm 60 mm longa, 30 mm lata, costis suberectis, margine recurvulo. Inflorescentia ♂ subpauciflora, ♀ pauciflora, pedicellis haud ultra 4 mm longis, bracteolis deciduis. Flores ♂ 2, ♀ 4,5 mm longi, perianthii tubo subnullo; limbi segmentis ovatis, acutis; glandulis globosis, sessilibus. Gynoecium in flore ♂ minimum stipitiforme, in flore ♀ stigmate discoideo-obtuso. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Sta. Catharina, prope Blumenau: ULE n. 823 (♂), 834 (♀). Floret Aprili (v. s. in herb. Berol.).

Ocotea inconspicua Mez n. sp.; folia chartaceo-coriacea, juvenilia ad basin minutissime tomentella adulta omnino glabrata, subelliptica vel elliptico-lanceolata, basi acuta apice breviter acuminata, penninervia, supra adulta laevia subtus dense prominulo-reticulata. Inflorescentia perpauciflora, saepius fere simplex, foliis multo brevior, minutissime adpreso-sequen tomentella. Flores dioici, tomentelli. Perianthii tubus brevissimus. Filamenta glabra, quam antherae ovato-rectangulares, apice anguste rotundatae duplo vel ultra breviora. Staminodia 0. In flore ♂ gynoecium glabrum, crasse stipitiforme vel basi paullo inflatum.

Arbor vel frutex ramulis apice minutissime adpreso-sequen ochraceo-tomentellis, mox glabratis subatris, teretibus, gemnis tomentellis, cortice esipido. Folia petiolis usque ad 15 mm longis, valde canaliculatis, sparsa, subtus pallidiora nec tamen distincte albida, ad 80 mm longa, 40 mm lata, costis sub angulo $\pm 45^\circ$ e nervo medio procurrentibus, margine plano. Inflorescentia apicem versus semper simplex, basi ramulis paucis brevibusque praedita specie racemosa, pedicellis vix ultra 4 mm longis, bracteolis deciduis. Flores ♂ tantum cogniti, e majoribus, 3–3,5 mm longi; limbi segmentis late ovatis, apice subrotundatis; filamentis ser. III. basi glandulis binis globosis praeditis. Stigma late obtusum. Fructus ignotus.

Brasiliae civit. Minas Geraes ad Rio Novo: Araujo ap. GLAZIUS n. 20436 et in herb. Schwacke n. 8914 (v. s. in herb. Berol., Mez).

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanische Jahrbücher für Systematik,
Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [30](#)

Autor(en)/Author(s): Mez Carl Christian

Artikel/Article: [Beiblatt zu den Botanischen Jahrbüchern. Bromeliaceae
et Lauraceae novae vel adhuc non satis cognitae. 1001-1020](#)